Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40644
Copyright: Melk, Benediktinerstift



59.

fuit tertius huius nominis austrie marchio. milita
riq; gladio anno domini millesimocentesimoquarto
actinctus. Illi pater extitit leopoldus secundus. in quo
singulari atq; excellentissima corporis maiestate digni
tas animi nulla exparte inferior iusa est. mater uero
itha nomine henrici secundi imperatoris filia. mulier
vtiq; et religione ac deuotione plena. que testibus ot
tone ac sctē memorie dño pio scaido. aim themone iu
uamensi archiepo. qui demde martir cristi fuit. a guel
fone duce noricorū duce. et alijs compluribus baronibus
pro tutela cristiane religionis ierosolimam petitura.
dum grecie fines permeat. alerij constantinopolitani
fraude interepta cum omni comitatu periit. Huic
leopoldo pietate ac liberalitate insigni. anno dñi M cvj.
coniuncta fuit agnes henrici quarti romanorū imperato
ris filia mulier feraundissima. que aim pulchra fecit ple
rentem. Qui timens deum beatitudinem bonum et
benedictionem ex assecutus extitit. cum iuxta ypheta
illi vror fuit sicut vitis abundans in lateribus domus sue.
et filij sui sicut nouelle oliuarū in circuitu mense sue. duos
de uiginti liberos sibi legitimos edidit. e quibus ad matu
ram etatem viri sex. quinq; uero femine superuixerunt. quar
primogenitu bertha fuit. hanc henricus burggrauius
ratisponensis coniugem duxit. secda agnes principi polonie
nupsit. tertiam nomine gertrudam wlezlaus dux bohe
mie sibi copulauit uxorem. qui ob meritum vxoris et no
bilium parentum eius ab imperatore friderico cuius no
minis primo regio diademate coronatus fuit. quar
tam elisabeth hermannus nobilis et diues landgra
uius de saxonia duxit uxorem. iuetha uero quinta que
comitas vocabatur nobili marchioni regenngero de
monte ferrato matrimonio iuncta extitit. filiorū uero
suorū primogenito albertus nomen fuit. vir vtiq; tmo
ratus. deo et ecclesie deuotus. religionisq; uerus imitator.
qui anno domini M cxxv. cum alijs. c. et xij. nobilibus
actinctus gladio. neuburgensis ecclie et omnium clausto
rum marchia existentium aduocatia honestatus. mortuus
et in capitulo claustri neuburgensis cū pre et matre sepultus